et alijs iuribus supradictis

Istud Factum. Circa quod multe difficultates possibiles versantur diuidi potest in tribus dubijs. Primum est Si episcopus qui gerit deputatus in forma pauperum executor deputatus vtrum in virtute istius commissionis officialis possit purificare gracias nedum factas tempore commissionis facte sibi per ipsum episcopum licet quod ea fiat ut episcopus deputetur executor in eis. et istud dubium procedit solum in gracijs forme pauperum Secundum dubium si non potest purificare iste officialis gracias tempore commissionis vel alios processus iniciatos per ipsum partem graciarum executores factos vtrum saltem possit gracias post factas sup quibus nondum erat littere apostolice confecte nec execute super eis in cancellaria nominati vel per ipsum dominum vicecancellarium deputati et istud dubium procedit tam in principali executore quam eius commissioni generali quo ad omnes gracias vel speciali quo ad certas et tam in executione gracie quam in forma pauperum Tertium dubium si non potest executor vel eius commissarius facere processus super gratijs etiam iam factis super quibus non dum confecte sunt littere nec executiuntur per dominum vicecancellarium deputati vtrum saltem possit super eis in quibus iam littere sunt confecte sed non dum sunt per ipsum executorem recepte.

Dubium licet aliqui hacten⁹ voluerunt sustinere quod officialis episcopi commissarius per ipsum generaliter deputatus ad purificandum gracias pauperum possit in virtute istius commissionis purificare etiam postea stantes ex eo quia cum ipsi episcopi soli de consuetudine cancellarie deputentur in talibus gracijs executores hec potestas sit virtute consuetudinis ordinarie videtur saltem necessario eius cum iungitur de plano quod ymmo est tenendum et declarandum nam tales executores ut executores delegati sunt et delegata iurisdictione in faciendis processibus vtuntur non ordinaria sed officialis delegati cum plus et c. si super et c. ib. cum li. vj. et c. iudices in cle. anno quod sint dati vllam habent potestatem potestatis et per consequens nullam post alteri committere proxima y vj. deliberatum et decernunt pater quod autem et ita tenet expresse Jo. an. de offi. de. c. ex. li. vj et idem gwil. in quodcumque delegato generaliter loquens in spec. ti. delegati. § excepti post v. quod si committens et idem paul de here. i. c. in gl. si inquisitur in cle quorum hac parte fuit optime. non quod dom. Jo. mo. in c. si confirmat de ele. li. vj. licet Jo. an. in nouella ibidem velit innuere contrarium quia in eo in dicto loquitur in ordinario committente aliqua negotia futura expedienda iure proprio secus si alieno et in casu nostro quod causa in oppositum allegata nullo modo est vera nec semper episcopi dantur executores in forma pauperum et si daretur non reciperent potestatem suam ab illa consuetudine cum sit vsus nullam cuius nullam potestatem penitus tribueret Sed ex sola superiorum voluntate